



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XLVI. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

tra quisque sua tædas candidas arden-  
tes in oculis ministrorum Capitanei de  
Jödwen, in Conventum ascendere &  
cellas & conclavia diligenter visitare,  
tanto cum horrore omnium, ut nec  
hiscere quidem audacissimus militum  
auderet, etsi quotidie, & longo quidem  
usu, nunquam non mirati, nunquam  
non stupefacti & intuerentur, & caute  
attenderent. Longum esset nimis, si  
& alia, hoc idem solummodo Cæno-  
bium concernentia, referre conare-  
mur, è quibus hoc ipso perditissimo  
nostro sæculo & ætate, manifesto con-  
stare possit, quantâ curâ, charitate &  
benevolentia usque hodie Numen Op-  
timum Benedictinis suis consulere &  
per omnia, adjutor in oportunitatibus  
adesse dignetur, ut ex unius loci for-  
tuna & exemplis, facîle quis adver-  
tat quanta idem Numen præstiterit tot  
tantique nominis tota Germania Cæ-  
nobijs, plerisque in communi catacly-  
smo mirabiliter conservatis, apud ple-  
raque prodentibus sese, minimum in  
ipforum Religiosorum, conservatio-  
ne Protectionis Divinæ signis, quæ uti-  
nam viritum nobis colligere licuisset,  
& pro magna Dei gloria, omniumque  
nostram ad majorem confidentiam,  
debitasque indefinibiles gratiarum ac-  
tiones concitatione, propalare & ce-  
lebrare.

Benedicitur hoc anno solemniter  
Reverendissima & Serenissima Prin-  
ceps & Domina Catharina Angelica  
Ducissa Aurelianensis, Ducis Henrici  
de Longeville filia ab Eleonora d' Es-  
tampe de Valence Archiepiscopo Re-  
mensi die 26. Maii ipso Ascensionis Do-  
minicæ festo, in Abbatissam S. Petri Ur-  
bis ejusdem, præsentibus serenissimo  
ejusdem Domino Parente, & Maria de  
Longeville, aliisque Magnatibus, nec  
non Abbatissis S. Petri de Avèneio, S.  
Joannis in Nemore, & S. Stephani Re-  
mensis, Anriscita non tam nomine,  
quàm vitæ puritate, & admirabili san-  
ctitate verè Angelica, ita ut felicissimæ  
loci ejusdem sanctimonialia discernere  
fatis non possent, neque sufficienter  
agere Numini gratias, pro tantarum  
Gubernatricum concessione, vivorum  
omnino, omnis perfectionis & Virtutis  
speculorum, ita ut dum in quavis om-  
nia collectim, in singulis nihilominus  
singularia omnia intueri viderentur,

unde quis animadvertat, quid non  
tantarum Principum exempla efficere  
apud subditas debuerint, dum hæ ipsæ,  
in summo Prælaturæ gradu, omnes eti-  
am minimas, & fœco devotas sorores  
conversas summa animi demissione su-  
perare conarentur, & verò etiam gene-  
rosissimè superarent.

Hoc ipso anno felicissimæ recorda-  
tionis Abbatis Matthiæ Mariæ montani  
corpus, de quo supra, quinto an sexto  
ab obitu anno, repertum est incorrup-  
tū, & cani ejusdem, in vernantiam  
versis juvenilem, quod oculatorum fide  
testium acceptum merito celebramus.

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XLVI.

Sancti Patris Benedicti. M. C. LXVI.

**B**ENEDICTUS REX MARTY-  
rum, iteratâ felicissimi agonis Vi-  
ctoriæ & triumphî gloriâ in Benedicto  
Benedictinorum suorum Ordine, se  
gloriosum ostendens, mirabilis hoc an-  
no in generositate fortissimi militis sui  
Philippi Poueli enituit, fideliumque  
sibi Anglorum animos excitavit, infi-  
deliumque alios confudit, alios in vita-  
vit. Is ipso Purificationis Magnæ Ma-  
tris & Virginis Cœlitum Augustæ Fe-  
sto, anno Christi millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo quarto, in Wallia  
Angliæ natus, patrem Ruggerum Po-  
uelum, Matrem Catharinam Morgo-  
nam habuit, utrumque non minus an-  
tiquæ, quàm spectatæ familiæ. Ætatis  
anno decimo sexto, Londinum missus  
Reverendum Patrem Augustinum Bac-  
kerum, Ordinis nostri Monachum eru-  
ditissimum Magistrum meruit, à quo  
in Belgium discedens, in Magni Ang-  
lorum Apostoli Divi Gregorij Mona-  
sterio Duacensi cucullum induit, & mi-  
ra animi demissione gratissimisq; mo-  
ribus se omnibus commendavit. An-  
no autem, Dominicæ Incarnationis  
millesimo sexcentesimo vigesimo se-  
cundo, suæ ætatis vigesimo octavo, A-  
postolicæ functioni, pro egregio Zelo,  
& insita animo Generositate, à Superio-  
ribus suis destinatus, in Angliam rever-  
sus, Magistro suo Augustino, mensis  
sedecim religiosissimè convixit; ac de-  
inceps labores Apostolicos pro virili  
aggessus, in omnes sese partes lucran-  
dorum Christo & Sacræ Romanæ Ec-  
clesiæ animorum convertit, perque  
Comitatum Devonæ industriam se  
admo-

Incorruptio  
Abbatis  
Matthiæ.

Philippus  
Pouelus  
Congreg.  
Anglic.  
Monachus.

Fit Mona-  
chus.

In labores  
Apostolicos  
missus.

Vigilantia  
Dumini  
pro suis ser-  
vatis.

Catharina  
Angelica  
Ducissa Au-  
relian. fit  
Abbat. S.  
Petri.



admodum, & indefessum comprobavit, nullumque expavescens periculum, nullis se impediri difficultatibus passus, innumeris exantlatis laboribus semper seipso fortior Dei gratiâ extitit. Pulsus denique, non alio quam eomuni Devoniae belli contra Regem flagrantis incomodo & exitio, Catholicis in ipso Regis exercitu merentibus, strenuam operâ navavit, & summo solatio fuit. Captus demum à Parliamenti militibus & miserè habitus, die vigesima secunda Januarij, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, & Londinum ad carceres abductus, ibidem decima sexta Maij mortis sententiam accepit; multisque deinceps concapti vis in carcere, admiratori, venerationi & saluti fuit, eoque inter Capitaneum quemdam, duos Nobiles, & alios insuper duos, magna felicitate ad Fidem Catholicam amplectendam persuasit & adduxit. Passus est trigesima Junij stylo veteri, nostro, decima Julij, & strangulatus atque in partes quatuor dissectus, insigni alacritate cursum gloriosissimum & Martyrij & Apostolatus confecit. Partes tamen, præter morem (incertum an non reverentiâ etiam, apud ipsos Judices tanti viri) loco honorifico tumulata, & suspensæ non sunt, etsi suspendium quoque ipsum hujusmodi, cedat ad gloriæ momentum, cœlitum plausum, Ordinis ornamentum. Deus Optimus Maximus Sacrae illi & Apostolicæ nostrorum Congregationi, & Apostolatuum secundet, & Angliam tam recenti Martyrum calentissimo Sanguine fecundet. *Ex vita typis edita.*

*Ad carceres rapitur.*

*Martyrio afficitur.*

*Hermannus ab Eynaten Abbas S. Cornelij.*

Et ne Germaniæ nostræ sua deesse lumina, tenebrosa hac nostra ætate & turbida existimes, exsplenduit magnus ex Congregatione nostrâ Bursfeldensi Virorum numerus, Præfulum lectissimorum pia ambitione, & Regularis vitæ promotionis fervore concertantium, è quibus Hermannus ab Eynaten Abbas S. Cornelij ad Jndam, etsi miraculis clarissime non legatur, ea tamen sanctioris vitæ perfectione excelluit, ut speculum & exemplar Virtutum omnium haberetur; & nequid tantæ Generositatis, desideratum in sexu fragili mulierû putes, enituit tanto primævi fervoris spiritu in Transaquensi Virginum nostrarum, hoc ipso tempore,

Cænobio, tanta integritatis famâ, meritorum copiâ, Domina Helena de Fürstenberg dicti Cænobij Priorissa, ut nullis factis possit verbis ejusdem in regimine Cænobij industria deprædicari. De hac ita præfati Monasterij monumenta: *Helena de Fürstenberg in omni innocentia, sacris Ordinis exercitijs, optimè instructa, prius in celebri Ordinis nostri Monasterio Gerdensi, sese commendans omnibus, huic deinceps pro perfectioris exemplari fuit, Prioratusque munere ad annos viginti tres, sanctè perfuncta, juxta status, conditionis, vocationis, & officij sui decentiam, perfecte paupertatis, abstinentiæ optimæque Zelæ erga Officium Divinum, & exercitiâ vitæ Religiosæ, noctu simul ac interdum, omnimoda mortificationis, abnegationis propria voluntatis, ac plurimarum Virtutum, ad extremum vitæ Spiritum, reliquis omnibus præclara exempla reliquit. Eadem plurimum etiam laboris ac molestiarum ab initio Reformationis suo tempore introducæ patientissime sustinuit, & ex bonis hereditarijs sibi obvenientibus, simulque manuum suarum laboriosis & artificiosis opere & sacrarum Reliquiarum exornatione varijsque ornamentis Ecclesiæ, huic Monasterio, plurimum boni præstitit. Resignavit, memoria dignissima femina, ob nimiam debilitatem de licentia Superiorum, paulo ante mortem, nequid per ineptitudinem suam, cura discipline solidioris negligetur. Qui Domina Anna Benedicta de Torck succedere iussa, æquè strenuam in omnibus se exhibuit, sub quibus duabus foeminis, Transaquense Cænobium summo opere effloruit, ita ut longè latèque ab redivivi Benedicti Patris Spiritu celebraretur. Ex monim. ejusd. Monast.*

*Helena de Fürstenberg Priorissa.*

*Ejus præclara vitæ exempla.*

*Anna Benedicta de Torck.*

In amplissimo Galliarum Regno pergit sese longius latiusque exporrigere sanctissima Ordinis Reformatio, cum potentissima in animos nostrarum Virginum exempla essent, & unicuique Sancti Petri Remensis Monasterium, tantopere à disciplina celebratum, plures quaeversum colonias mittere cogere. A quibus hoc ipso anno etiam novi Cænobij Beatæ MARIÆ de Victoria in suburbio Parrensi factum est. & inducto lectissimo sacrarum Virginum Cæui, ex eodem S. Petri Domitilio, Domina Claudia Tubocuf, Antistita omni cultu Virtutû ornatissima est præfecta. *Ex mon. S. Petri Remensis &c.*

*Claudia Tubocuf.*

IESU